



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita SS. Syri Et Iventii, Sev Iluentij, Ticinensium Episcoporum: Ex ea quæ est apud V. P. Laurent. Surium. patet infrà eos claruisse te[m]pore Neronianæ persecutionis: quæ maximè ferbuit anno Christi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

ITA SS. SYRI ET IVENTII, SEV

Iuuentij, Ticinensium Episcoporum: Ex ea qua
 est apud V. P. Laurent. Surium. patet infra eos
 claruisse tempore Neroniana persecutionis: qua
 maximè ferbuit anno Christi 69. Neronis
 Imp. 13.

a Vide Tom.
 1. Annal. C.
 Baronij.

VO tempore, & qua via, modoque Ti-
 cinensium vrbs, qua proprio nomine
 Pavia vocatur, è densis errorum tene-
 bris ad clarissimum veritatis ac fidei lumen e-
 uerit, vtile non minus quam iucundum est
 explicare. Nam à primo crescentis Ecclesie
 in ipsis Christi Apostolis fidei semina lon-
 ge lateque spargentibus, hæc etiam ciuitas di-
 gnumuentata est, quæ primitias Euangelij perci-
 pere, vnaque antè alias plurimas cælestis reg-
 ni hereditatem capesseret. Cùm enim Apосто-
 lum princeps fundata Antiochena Ecclesia,
 in qua primùm nouellæ gentis Christianû no-
 men exortum est, ædificaturus Romanã, Ro-
 manam venisset, ibidemque renouatis miraculis
 Iudicam egregiè perfidiam expugnaret, & sa-
 lutarem Christi Saluatoris doctrinam luculè-
 to ore expromeret, Marcus adiutor & inter-
 pres eius fidelis eam scripto excipiens, accura-
 te Euangelium concinnauit; firmatumque A-
 postoli auctoritate Ecclesie tradidit. Cæterùm
 Petro prima Romanæ Ecclesie fundamenta
 iacente, & digno sanè operæ fructu in opus se-
 ribile incumbente, Marcus assumpto secû, quod
 Romæ confecerat, Euangelio ad Aegyptum
 perrexit, atque Alexandrinam ex doctrina Ma-
 gistri operarius veritatis, mira concordia &

12. Septè.
 Quomodo
 & à quibus
 Pavia ad fi-
 dem sit con-
 uersa.

Ggg 5 sanctis.

*Sirus & Iu-
uentiu Her-
magore au-
ditores, qui
fuit S. Marci
discipulus,
& tertius
Ticinensis
sedis Anti-
stes teste C.
Baron in
Not. ad mar-
tyr. Roman.*

*SS. Syrus &
Iuuentius
Papia Euan-
gelizatum
ab Herma-
gora missi.*

Marci 19.

sanctissima cōuersatione fundauit. Porro Her-
magoram, à se educatum atque enutritum or-
dine vicis suæ, Italiæ, prudentia & sanctitate
reliquit insignem. Huius auditores atque mi-
nistri vanerabiles viri Syrus fuere atque Iuue-
tius: qui deinde Papiam urbem Euangelij face
illustrabant.

Cùm enim Hermagoras apud Aquilientem
urbem rem Christianam diuini verbi prædica-
tione mirificè multiplicaret, & multi populi
fama virtutum & doctrinæ eius exciti, & lon-
ginquis partibus ad eum confluere, vir diui-
nus, vt omnium saluti commodius consulere,
Syrum alumnum suum Episcopali munere
decorauit; eumque sinè mora vnà cum Iuuen-
tio prædicationis socio Papiam destinauit; vt
ea in vrbe honoris sui fungeretur ministerio,
ac animos paganorū Christi gratiæ copularet.
Itaque Patris aucti benedictionibus iter cape-
sentes, ad primum Veronensis oppidi ingres-
sum, matrona quædā nobilissima vnico orba-
ta filio, luctu ac lachrymis mirabiliter defor-
mata, pedib. sanctissimi Syri se prosternit, orās
atque obsecrans, vt sobolem sibi viam restitua-
ret. Si faceret, mox & illa & tota familia Chri-
sti sacra sincero animo amplexarentur. Cuius
precibus lachrymisque commotus vir diuinus
respondit: Si ex toto corde crederet, credeti o-
mnia possibilis esse. Illa autem in constantia
permanēte, vir Dei domum eius protinus per-
rexit; fusaque super funus oratione ad Domi-
num vitæ & saluti pristinæ defunctum resti-
tuit. Itaque adolescens in vitam reuocatus ma-
gna voce Deum Christianorū glorificare cœ-
pita

proforus ut ad tanti miraculi nouitatem non modo mater & familia, sed & ingens pagano-
rum multitudo Christo nomen daret.

Hinc verò digressus vir Domini, ante quam urbem veniret, fama iam præcurrente, immensam populi agmen festiuo cum gaudio ei obuiam processit. Cum quæ certatim gratulabundè eius vestigijs prosternerent, viri quinque circum arno languore vexati ad eius tactum confessionem sanitatem consecuti sunt. Cum verò urbis portas ingrederetur, prophetico spiritu futuræ prosperitatis eius annuncians, deprompsit prædium: Delectare gaudijs vrbs gloriosa Papiæ: Veniet tibi ab æternis motibus exultatio, nec vocaberis minima, sed copiosa in finitimis civitatibus: & vae tibi Aquileia, cum in impiorum incideris manus, destrueris, nec ultra reedificari poteris. Populi autem multitudo vna voce Christum extollebat, ac concalcatis idolis capita in laustralibus aquis expianda proferebat.

Eodem verò tempore orta in Mediolanensi urbe persecutione in Christianos, Protasius & Geruasius à Comite Anolino homine idolorum cultui summè dedito in vincula coniecti sunt: & Nazarius vna cum asseclâ suo parvulo Celso, capite obruncati. Quo, cognito, beatissimus Syrus venerandum virum Iuuentium eò confestim destinavit, ut & sacra martyrum corpora debito cum honore sepulture mandaret: & idem beneficium Protasio, & Geruasio, peracto certamine, reuerenter impenderet. Et quidem Iuuentius lætus ac

huius præcipuè legationis iter arripies, obsequium non sine periculo & timore ad urbem per-

*S. Syrus
mortuum
excitat apud
Veronenses:
vnde &
multi ad
Christi fi-
dem conuer-
tuntur.
Quinque ad
ingressum e-
ius curantur.
Vaticinium
hoc refert
Luitprandus
Ticinensis
Lib 3 Ca. 2.*

*Persecutio
Neroniana
Anolino
Præside.
Geruasius &
Protasius in
vincula con-
iecti.*

*Martyrium
Nazarii &
Celsi.*

*Eccè quo in
precio apud
veteres fue-
runt Sancto-
rum reliquiæ.*

*Demoniacus
curatur vir-
tute cruoris
S. Nazarij.
Item multi
ægri.*

peruenit: vbi legationis suæ mandata exponēs,
à fidelibus intellexit corpora sanctorum mar-
tyrum iam antè honorificè cū epitaphio cer-
taminis condita esse. Quo audito, Iuuentius
Obsecro, inquit, vos, vt dum hi qui supersunt
beatissimi Protasij & Geruasij certamen cō-
pleuerint, aliquid pro amoris dulcedine eorū-
que reuerentia, de vestibus vel corporibus eo-
rum nostris desiderijs reseruetis. His auditis,
qui aderant responderunt, quandam Dei famu-
lam sacrum Nazarij cruorem ab abscissis cer-
uicibus largè profluentē linteo excepisse. Quo
responsō vir Dei Iuuentius commonitus, in i-
pso itinere eandem Christi ancillam cōuenit:
cruoremque martyris gratissimi muneris the-
saurum obtinuit. At verò cūm incredibili gau-
dio ad moenia Ticinensis vrbs reuersus, mox
portitor tanti doni in ipso vrbs ingressu vir-
tutem martyris eodem illo cruore præclarè il-
lustrauit. Erat puer à sæuo arreptus dæmonio,
quod luctuosa sanè voce eiulans ad ingressum
Iuuentij clamabat, se eo cruore quem ille ge-
stabat vehementer cruciari. Quo audito, Chri-
sti miles martyris sanguinem ori pueri appli-
cuit: ac protinus dæmonium ab eo expulit. Ne-
que ibi in vno illo miraculo virtus cruoris
quieuit; sed pari facilitate cæcitatem oculo-
rum, surditates aurium, aliasque corporis in-
firmitates fugauit, ac mutorum ora resoluit;
qui deindè Christianæ fidei præstantiam præ-
dicabant, ac perfidorum duritiem palàm ar-
guebant.

Post aliquod dehinc temporis interuallum,
cūm sanctorum Protasij & Geruasij apud Me-
diola-

lanum finita essent certamina, beatissimus
 nus à Lyberio Christi fideli particulam san-
 rum exuuiarum, munus longè gratissimum
 cepit; quod signis & virtutibus coruscans,
 ria sanitatum genera cōferebat varijs; adeò
 rerum mirabilium magnitudine permotus
 stites, templum haud procul ab vrbs mœ-
 extra ciuitatem exstruxerit: quo tam exi-
 lia sanctorum virtus & memoria immortalis
 quod posteros permaneret. Perfectis autè noui
 mpli dedicationis insignibus, cùm quotidia-
 ribidem laudes Deo resonarent, & vna die-
 num Pontifex Missarum solennia celebraret,
 pulumque cæleste cunctis de more fidelibus
 porrigeret, eccè inter alios perfidus quidam
 Iudeus, satanico furore plenus, corpus Domi-
 num suscipere ac nequitia, suæ perfidiaque
 locus ad ludibrium exponere cogitabat. Et
 quidem inter fidelium turbas ad manus viri
 Dei perueniens, ausu nefario immundo ore il-
 lud excepit; sed cùm reiiciendi animo os ape-
 rere, digna ultione percussus, sinè affatu ver-
 borum cunctis audientibus & videntibus cla-
 mare coepit. Et quidem cùm labia iungere &
 verba edere conaretur, lingua rigida officium
 loquendi negabat: & quasi ignito perfossus ia-
 culo immensis doloribus torquebatur. Reso-
 nabat omnis ecclesiæ ineptæ vocis clamori-
 bus, & tam egregij virtute miraculi, Christi fi-
 delium letabatur conuentus. Iudeus autem ni-
 lio dolore superatus, voces emittere absque
 sermonibus non cessabat; habes in gutture suæ
 malitiæ cruciatum. Cæterum fidelibus subti-
 lius adspectantibus mirabili ratione corpus
 Domi-

*Martyrium
 Geruasij &
 Protasij.*

*Reliquiarum
 eorum parti-
 cula miracu-
 la eximia o-
 peratur.
 Construit
 basilicam in
 eorum me-
 moriam S.
 Syrus.*

*Diuinitus
 castigatur
 Iudeus ma-
 la intentio-
 ne corpus
 Domini sus-
 cipiens.*

*En infigne
miraculum.*

Dominicum in ore videbatur Iudæi dependere, ut nec linguæ subter compagi insideret, nec desuper immundo adhæreret palato. Interim postulantibus pro eius miseria fidelibus, vir Dei beatus Syrus manum tetendit, & sanctæ Eucharistiæ mysterium à sacrilego ore abstraxit. Iudæus autem eius aduolutus pedibus, Christo nomen ex animo dedit: eoque baptizato, multi eius exemplo, abiurata perfidia, sacro fonte renati, Christi fidelibus ac spiritali cœtui vniti sunt.

Iudæus credit in Christum, & multum eo.

Spiritu prophético videt cogitationes hominis impij S. Syri.

Surdus & mutus puer Crucis signo curatur.

Igitur dum multis ubique vir diuinus & signis & virtutibus claresceret, quidam sub speciosa magnæ pietatis figura superbo spiritu adueniens, nescio quid fraudis & nequitie moliebatur. Quem vir sanctus intuens, Silere te magis oportet, inquit, quam loqui: nam occultæ pestilentis animi tui cogitationes nequaquam latent. Et ecce mox obmutescens, omni linguæ officio se miser priuatû sensit; & flens etulansque iniquæ cogitationis pandebat arcanû; cui eius, Syrus, loquendi restituit beneficiû: hortatusque, ut sacri muneris ministerium piè deinceps ac sanctè obiret, in pace dimisit. Quodam verò tempore vrbe egressus, dum vicos villalique & circum circa ciuitates, sparsò, ubique euangelij semine, peragraret, puer illi surdus pariter ac mutus offertur; cui vir sanctus, pro sua in omnes beneuolentia, formato in ore & auribus Crucis signo, pristinam sensuum facultatem restituit: eodemque miraculo maximam paganorum multitudinè ad Christiana sacra amplexanda perduxit. Cumque iam læto successu indies credentium numerus mirificè

excre-

resceret, discipulum suum Iuuentium & Pompeium Diaconos ordinauit. Chrysanthū & Fortunatum, viros & generis dignitate & virtutum splendore illustres, presbyteros constituit: totamque illam ecclesiam, fugaverunt errorum tenebris, Christiana fide ac pietate egregiè illustravit.

Interea cū alijs in locis grauissima persecutio Christianos deserviret, quidam operarij complicitatis, audita fama rerum mirabiliū à Syngestiarum, pleni amentia & furoris Papiam miserunt; vt vna internecone cōstituta Christianæ fidei fundamenta subuerterēt. Sed fidelium multitudine deterriti, beati viri caput petere, in eoq; vindictā omnem exercere decreverunt. At verò Syrus, nihil impiorum terrore commotus, veniētes vultu placido excepit: eorumque rabiem Christianæ facundia præstantia emolliuit, vt omnes ad vnum, detestata prioris vitæ insania, prouoluti ad sancti vestigia, vberiores salutaris doctrinæ ei⁹ fontes exquirerent: nihilque ardentius, quam in Christi familiam adscribi, desiderarent. Itaque nouo fructu Ticinensi Ecclesia aucta, Syrus, vt alijs quoque læta Euangelij sata impartiret, ad Brixianæ ciuitatis plebem erudiendam abiit: vbi puerum tetro vexatum dæmone orationis virtute sanauit: & haud exigua populi multitudinem ad Christi fidem eo miraculo attraxit. Egressus verò è ciuitate Brixiana, obuium sibi a natiuitate cæcum in Laudensium oppido illuminauit; baptizatumq; cum omni domo ad certum fideiū adiunxit. Indè Papiā regressus, accito ad se Iuuentio multa insignis prudentiæ dedit

*Ordinatio
Diaconos &
presbyteros.*

*Seuā perse-
cutio in Chri-
stianos.*

*Impios per-
cussores vir
sanctus con-
uertit ad
Christum.*

*Predicat po-
pulo Brixia-
no: & mul-
tos conuertit
miraculo li-
berationis
obsessi pue-
ri.*

*Prædicit Iu-
uentio, quod
tertius post
eum sit futu-
rus Episco-
pus.*

*Pompeius e-
ius successor
feliciter o-
bit.*

*Fugit ne fiat
Episcopus S.
Iuuentius.*

*Viduarum
ac pupillorū
defensor S.
Iuuentius.*

dedit documenta: ac prophetico spiritu, eum tertium in ea functionis cathedra futurum antistitem prædicens, migravit ad Dominum: cuius sacras reliquias in Protasij & Gervasij basilica, quam ipse construxerat, debito honore & summa diligentia Clerus Ticinensis condidit.

Cuius post decessum Pompeius, quem ipse gradu Diaconatus sublimauerat, eius sedis efulas affecutus: quo similiter paucis post annis vitæ munere sanctissimè perfuncto, Iuuentius ad suscipiendam curam Pontificij omnium votis expetitus fuit. Et quidem is quamquam fuga illum honoris gradū declinare studeret, denunciata tamen sibi à Patre pontificalis dignitatis insignia subterfugere non potuit. Itaque cum aliquamdiu apud Laudensium urbem delituisse, tandem diligentissimè à populo Ticinensi inquisitus, ac repertus Papiam redi- citur, & mira omnium gratulatione tristis in cathedra collocatur. Igitur vel inuitus ad hoc honoris culmen euectus, sedulus ante omnia Patris ac nutritoris sui æmulator, pauperum, viduarum ac pupillorū suscepit patrocinium; tanta pietate ac fide, vt signis etiam atq; miraculis oppressores iniquos repelleret. Vidua siquidem quædam à creditore suo oppressa, atq; à crudeli numulario ad duplum compulsæ, ad virum Dei confugiens misericordiam postulabat. Cognito vir Dei hoc negocio, protinus Diaconum suum cum eadem vidua ad creditorem direxit; per eum denuncians, vt sceleratas vsuras viduæ remitteret, ac recepto contentus commodato, impiam illam pecuniæ cupi-

iritu, eum
uturum an-
Dominum:
& Gerua-
at, debito
Ticinensis

quem ipse
ius sedis est
cis post an-
cto, Iuuen-
ficij omnia
quaque
re studeret,
tificialis di-
potuit. Ita-
ium urbem
hè à populo
piani redu-
ne triftis in
itus ad hoc
antè omnia
pauperum,
rocinium;
atq; mira-
t. Vidua si-
pressa, atq;
mpulla, ad
iam postu-
, protinus
na ad cre-
as, vt scele-
cepto con-
m pecunie
cupi-

aviditatem avaritiamque ex animo reijceret.
recusaret, futurum prænunciabat, vt simul
in vſuris proprias etiam possessiones iusto
ei iudicio amitteret. Et quia vir sanctus haud
morabat, animum impiæ cupiditatis ac aua-
ritæ viculis cōstrictum vix vllis pietatis ope-
bus solui posse, suo ipse Diacono pecuniæ,
quam à vidua exigebat, summā tradidit, vt ean-
dem, si postularet, viduæ nomine nummula-
to promeret. Quid igitur? Eccè tibi peccatus ter-
rena cupiditate tenaciter obsessum; eccè iusti-
tiam diuinam avari scelus, quo nihil scelestius
verè punientem: Accedente cum vidua Dia-
cono & Antistitis iussa supplici voce exponen-
te, vſurarius avaritia tabescens iussa nè ad au-
ritatem admittere, sed præcisè ac pertina-
cipium expetere. Tunc Diaconus aureos *vltio diuina*
traditos expromere: quos auidius arripiēs *in vſurariâ.*
nummularius, vix ijs in arcam repositis, ex-
promerit.

Alio quoque tempore quidam de exactori-
bus sic, fluvium Ticini trāsmissurus, arreptus
ab vadis sœuientibus, penè submersus pecuniæ
cunctum amisit. Cùm verò miser mortis sup-
plicium propter eam pecunię amissionem per-
miseret, curis anxius ad virum Dei Iuuen-
tium festinus cucurrit: eiq; multis cùm lachry-
mis cladem suam exposuit. Cui vir Dei, Eamus
sequit, ad aquas, quæ concreditam tuæ fidei pe-
niam absorbit. Abeunt illi; & mox ad lo-
cum vt ventum est, Iuuentius ait: Tibi dico a-
qua in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui
pedibus super te ambulauit, redde pecuniam,
pro qua miser hic mortis timore circumuētus

*ad imperiū
S. Iuuentij
aqua euo-
mit amissas
pecunias.
Ioan. 6.*

Hhh

affli-

4. Reg. 6.

affligitur. Continuo autem vasculum, in quo recondita erat, super aquas natare visum, vndarum impulsibus ad viri Dei vestigia in loco quo stabat applicuit. Quam pecuniam apprehendenstribulato restituit: dignus imitator Helisæi, qui ex Iordanis gurgite coram oculis filiorum Prophetarum ferramentum, quod in eum dilapsum ceciderat, super aquas natare fecit; missoque in aquis manubrio, qui amiserat, moerenti restituit.

Beatissimus vero Iuuentius spiritualibus inflammatus desiderijs, Mediolanum perrexit, ut paganorum contumaciam, pijs Christi cultoribus insultantium, virtute diuina compesceret, & instar optimi pastoris oves à luporū rabie ac furore defenderet. Et quidem aduentantem illum impij varijs affectere iniurijs, atque extremum supplicium, nisi à Christianis sacris desisteret, minitabundè proponebant. At illo oculis insita pietate ad cælum sublatis pro eorum salute Dominum deprecante, ecce subito coactæ nubes magno cum cæli fragore, tonitribusque & procellis ingentem vim grandinis effudere: quæ capita, brachia & ossa inimicorum veritatis, eodem in loco præ stupore consistentium, fugaque frustra euadere conantiū, ita grauius contudit; ut agnito propriae prauitatis reatu, viri sancti patrocinium implorarent, libenterque se Christo nomina daturos exclamarent. Inde fugato precibus viri sancti procelloso & noxio turbine, multi salutari doctrina ritè instructi & sacro fonte lustrati, Mediolanam urbem, deletis pro maxima parte erroribus, Christiana pietate ornatissimè reddiderunt.

Diuinitus castigantur, qui viro Dei resistenterunt.

Mediolanenses conuertunt.

n, in quo
ifum, vn-
gia in loco
m appre-
s imitator
ram oculis
n, quod in
quas natate
qui amiffo

calibus in-
berrexit, ve
risti cultor
compelce-
luporura
aduentan-
rijs, acque
ianis sacris
t. At illo
tis pro eo
ecce subito
re, tonitri-
grandinis
inimico-
pore con-
nantiu, ita
prauita-
plorarent,
ros excla-
nanti pro-
lutari do-
strati, Me-
a parte er-
ma reddi-
derunt.

ruunt. Itaque Clero & Sacerdotibus ibi con-
cutis, Iuuentius Papiam remeavit: vbi in pri-
mo vrbis ingressu paralyticā lecto affixā, Cru-
cis signo dextera formato mirabiliter sanauit.

Inter hosce tā prosperos rei Christianæ suc-
cessus, a Vespasian^o Cēsar graue aduersus Chri-
tianam religionem mouit bellū. Porphyrius
quidam vrbis Romæ Præfectus missus ab eo in
mandatis habebat, vt ciuitates ac vicos omnes
peragrandō rem Christianam quam maximē
oppugnaret. Igitur vrbem Papiam ingressus, cū
bellium numerū infinitē multiplicatum cer-
taret, decreuit antē omnia Iuuentium adori-
tioneque internecione deletō, furoris sui arma
in reliquam multitudinem conuertere. Eadem
hora Iuuentius in basilica S. Nazarij à se
structa Missarum celebrabat solennia; cum
Porphyrius effero in eam corde cum armata
militū manu ingrediens, Præsulem ac Dei po-
puli vno impetu trucidare cogitabat. Sed ecce

tamquam impetum in Christi famulum sacri-
ficio intētum faceret, arreptus dæmonio cum
comibus secum ingressis, alterutrū pugnis ora,
guttur, & faciem cædentes, extra atrium eccle-
sæ seipfos cœperunt expellere: Inde amentes
effecti, aëra luctuosus vocibus & nimio clamo-
re implebant. Completo autē Mysticæ oblatio-
nis ministerio, egressus foras vir Dei cū omni
plebe, humi prostratus prolixas admodū pre-
ces pro eorū salute ad Dominū fudit. Eccē verò
subito terræ motus exortus, ingenti omnes pa-
pore concussit; & ignis cælitus missus eos cir-
cundans, corda eorum simul amore diuino in-
cendit; ita vt Christi nomen prædicatione

H h h 3 cele-

*Paralyticā
sanat.*

*a Regnavit
is anno Salu-
tis 80. ccc.
C. Baron.
Tom. 1. An-
narium te-
ste.*

*En Misse
officium in
primitiua
Ecclesia.*

*Vexatur à
dæmonio
Porphyrius,
volens cum
satellitibus
virum Dei
inuadere.*

Redit ad mentem cum suis Porphyrius, & confitetur Iesum Christum.

celebrarent, & eadem die baptizati pro fidei constantia mortem subire se paratos ostenderent. Porphyrius autem sequenti die, immodico perfusus gaudio, ex mortalitatis huius ergastulo ad immortalem vitam migravit.

Tumulus eius miraculis illustris.

Porro Iuuentius virtutum & miraculorum gloria ubique clarus, post 39. annorum decursum, quibus cathedram illam sanctissime administravit, cum beatus Syrus ei cum Nazario & Celso Geruasio & Protasio apparuissent, & vitæ exitum annuiciasent, tertio dein die e corporis habitaculo in cælum immigravit: cuius exuuias deuota Ticinensis plebs multis cum lachrymis ac debito honore in Nazarij basilica recondidit: vbi & nunc vsque virtutibus florent atque miraculis.

De S. Philippo Patre S. Eugenia Virginis, habet lector infra VIII. Kalend. Ianuarij. in vita Eugenia. Vbi obseruandum ex Notis Baronij & Tomo 2. Annal. hunc Philippum nequaquam fuisse Alexandrinum Episcopum, vt scribunt Beda Vsuardus, & Ado: neque rursus Imperatorem, vt Cedrenus in Maximino; Sed præfectum Augustalem Aegypti: Passumq; anno Imperij Severi 10. qui fuit Christi Domini 204. Zephyri ni Papæ 2.

** al. Maurilii, Maurilij. Vide Tom. 4. Annal. C. Baronij. & Notat. in Martyr. Rom.*

VITA S. *MAVRILII, EPISCOPI ANDEGAVENSIS: Ex ea que est per Fortunatum. Claruit temporib. Theodosij Imper. & Honorij eius filij: anno Salutis 394. & seqq. Alius fuit eiusdem nominis episcopus Rhotomagensis, qui vixit circa annum Domini 1070.

MAY